

ab invidiosis mutuo se titulis laceffendo abfisterent. Transmiffa hujus decreti exemplaria ad Nuncios Apostolicos & Generales per orbem Christianum Inquifitores, quod ejus executionem urgerent. Hispanie Rex apud Pontificem pro fententia inflabat; inflabant & Dominicani, fupplici ad eam rem libello exhibito; fed fruftra omnes. Nam Paulus V. decreto fuo 1. Decembris 1611. cavit, ne quis deinceps quidquam de hoc argumento imprimere audeat. Innovatum eft hoc Pauli decretum fub Urbano VIII. die 22. Maji 1625. fub Innocentio X. 23. Aprilis 1634. fub Innocentio XII. 28. Januarii & 6. Februarii 1694.

Innocentius X. decreto fuo 23. Aprilis 1634. edicit, nullam addendam effe fidem Actis Congregationis de Auxiliis, ficut nec Conftitutioni Pauli V. quo tamen minime factum eft, quin publici juris Acta illa tandem fierent, primo à Coronello in fummam redacta; deinde totidem verbis à Lemos relata. Denique inter utrifque partis Theologos fummum femper jus fcribendi, docendi, atque doctrinam fuam predicandi retentum eft; abfque eo quod coercedis illis in ordinem Summi Pontificis aliquid molirentur. Nos autem opera pretium facturos autumavimus, fi eorum, quæ in Ecclefia fuper hoc argumento agitata funt, hiftoriam brevioribus verbis complecteremur, potiùs quam nudam utrifque fententiæ relationem expositionemque tradentes, tædium pararemus Lectoribus.

Nunc verò, ut Differtationi modum imponentes noftam fuper ea re fententiam promamus, illud afferendum ftatuimus; Prædeterminationem ad gratiam & vocationem ad Fidem mera effe, & profus gratuita Dei largitoris beneficia; prædeterminari nos pariter ad Beatitudinem divinæ voluntatis beneplacito, non meritorum, præficientiæ; quod autem ad gloriam feligamur, ejus rei in caufa nequaquam fuiffe Dei prævifionem, quafi fcilicet fpectaverit, quid effemus liberi arbitrii viribus præftitari, nullis adjuti auxiliis fupernaturalibus & gratiâ. Neque pariter in animum inducimus, explicando prædeterminationis myfterio, five Scientiam mediam, five decreta conditionibus adftricta, five futurorum meritorum præficientiam invehere oportere. Sed juxta traditam à SS. Auguftino & Thoma doctrinam facimus, virorum Sanctorum ad gloriam prædeterminationem nullam aliam habere, quantum ad Deum, caufam, quam volentis favorem præftare gratuitam in illos propenfionem; prædeterminationem etenim perinde reputandam, quafi præficientia fit & preparatio gratiarum, ad falutem viam certam paratamque infrequentiam.

Eo femel pofito fystemate, falva funt omnia iuftitiæ, præficientiæ, mifericordiæ, ficut & libertatis humanæ jura. Totam Adami pofteritatem in crimine, & corruptione fquallentem refpiciens Deus, nihilque in illa non odio, non executione, non eterno fupplicio dignum intuitus, puro miferationis affectu cettum quemdam eorum nu-

merum ad falutem felegit; cujus rei gratiâ abfolutum ab illo decretum prædeterminationis emanavit, parataque certa & infallibilia ad prædeterminatos in gloriam perducendos auxilia. Hujus decreti beneficio homo gratiæ cujufdam pelleffu, & efficaciâ liberè in bonum & virtutem propellitur, auxilioque Dei nunquam defertentis fultus, ad finem ufque vitæ in bono perfeverat.

Quos verò Deus fimili beneficio donandos non cenfet, nec talibus inftruit auxiliis, quanquam aliqui fincerâ Dei voluntate ad falutem pofcantur, in tranfverfum tamen à voluntate fuâ & naturæ corruptione acti, certum fibi & indubitatum parant exitium, non neceffitate, fed liberâ voluntate, originali crimini nova fuperaddentes feclera, quorum merito eterno fe fupplicio dignos exhibent. Ita reprobatonis decretum in adultis quidem non originale tantum, fed actualia etiam hominis crimina refpicit; id agente per fummam iuftitiam Deo, ut criminum merito reprobis valida illa denegeret auxilia, quæ nemini præftare tenetur, nec iuftis nifi gratuito miferationis affectu indulget.

In eam verò inclinari fententiam cogimur folemni illo approbationis elogio, quo Ecclefia S. Auguftini in dogmate de prædeterminatione & gratiâ doctrinam commendavit; modò ex verbis S. Doctoris fidei canones dirigens, modò, quod ab Ecclefia totius Africæ factum novimus, illum eligens fingularem ad Fidem adversùs Pelagianos afferendam Doctorem (f): ut proinde nobis jure meritoque cum eodem Auguftino affirmandum cenfeamus (g), neminem conftituta ab illo de gratiâ & prædeterminatione doctrina repugnare, quin fimul & in difcrimen fidei fuæ venerit. Nemo meliùs Pelagianorum & Semipelagianorum arcana penetravit; nemo felicitiori fucceffu hærefibus illis proffratis Fidei Catholicæ veritatem afferuit, folidis infuper factis fundamentis, quibus innitatur, fi quid fortè ea in re controverfia fufcitari contigerit in Ecclefia. Ita à recto itineris tramite nequaquam nos diverfuros credimus, fi tantum viam ducem fequamur.

Nec minori affenfu doctrinam ejus probarunt Summi Pontifices vel S. Auguftino coævi, vel non diu poft illum Summum Sacerdotium tenentes, uti Innocentius I. Zofimus, Bonifacius, Cæleftinus, Leo Magnus, Gelafius, Hormifdas. Quibus pariter accenfendi Pontifices, fucceffu temporis Ecclefia clavam tenentes. Auguftinum, ait Cæleftinus Papa Epift. ad Epifc. Gallia: *fanctiffima recordationis virum pro vita fua atque meritis in nofta communione femper habuimus, nec unquam finiftra fufpicionis faltem rumor afperfit.* Addit, ejus doctrinæ tantam fuiffe apud omnes laudem, ut Romanæ Ecclefia Præfules deceffores fui inter fummos doctrinæ Ecclefia Magiftratos femper habuerint.

Romanæ Ecclefia, i. e. Catholicæ, fententiam noffe in dogmate de libero arbitrio & gratiâ fi quis velit, ait Hormifdas Epift. ad Poffefforem tom. 4. Concil. pag. 1332. adeat

f Auguf. Epift. 150. Curam Scripturarum mihi Fratres, & Patres mei Coepifcopi duorum Conciliorum Numidia & Carthagini imponere dignati funt. g De Dono Perfev. c. 19. n. 48.

g Quid delibero arbitrio, & gratiâ Dei Romana, hoc eft, Catholica fequatur Ecclefia in variis Libris Auguftini, & maxime ad Hilarium & Prosperum cognofci poteft. h Auguftini doctrinam de Gratia fecundum Prædecefforum meorum ftatuta, Romana fequitur, & fervat Ecclefia. i Vide etiam Breve Innocentii XII. ad Facultatem Theologicam Lovaniensem fub die 6. Februarii 1694. k La veritable Tradition de l'Eglife, fur la prædetermination & la grace, par de Lanoy, &c. l Rom. 9. 11. 12. 13.

Auguftini Scripta & maxime libros ad Hilarium & Prosperum (g). Joannes II. Papa Epift. 3. declarat, Ecclefiam Romanam fequi, & tanquam pretiofum aliquod depositum fervare doctrinam S. Auguftini in dogmate de gratiâ, juxta decefforum fuorum Pontificum Statuta (h). Alexander VII. in fuo Brevi ad Facultatem Lovaniensem fub die 7. Augufti 1660. monet hortaturque, ut præclariffimorum Ecclefia Doctorem Auguftini, & Thoma inconcufla utiffimæque dogmata fequantur (i). Tandem Clemens Papa XI. decreto fuo fub die 18. Januarii 1704. cenfurâ inuffit Librum Gallicum infcriptum: *Vera Ecclefia traditio in dogmate de prædeterminatione & gratiâ D. Lauvoij (k); profelfus infuper, à Decefforibus fuis S. Auguftini Doctoris præcellam doctrinam magno femper in pretio habitam, quam totomentis effectus, ait, amplexi funt, veffigijs ejus fimiter inherentes &c.* Ad locum Epiftolæ ad Romanos [1], cujus occasione Differtationem hanc noftam

dedimus, quod attinet, de prædeterminatione aliqua gratuita fermone ibi ab Apoftolo fieri, fatis convenit inter Commentatores. Ufque adeò tamen certum non eft, an de prædeterminatione ad gloriam & reprobationem ad æterna fupplicia, dicta illa exponantur, vel tantum de prædeterminatione ad gratiam & vocationem ad Fidem. Contendunt plures, fole infpecto Apoftoli in univerfa hac Epiftola confilio fatis infinuari, omnia hæc de prædeterminatione ad gratiam & vocationem ad Fidem, beneficiis profus, quantum ex Deo, gratuitis, dicta intelligi oportere Prædeterminationem gratuitam ad gloriam in verbis Apoftoli legere fe alii autumarunt. Vix tamen ambigimus, quin oblique faltem Apoftolus prædeterminationem ad gloriam innuat, cum veluti neceffariâ confequutione ex prædeterminatione ad gratiam & Fidem deducatur. Hanc utrifque prædeterminationis connexionem demonffrat Apoftolus ad Rom. 8. 30. *Quos vocavit, hos & iustificavit, quos autem iustificavit, hos & glorificavit.*

DISSERTATIO

DE CIRCUMCISIONIS EFFECTIBUS.

DE origine Circumcifionis in Differtatione ad Genefim differentes, demonffravimus ejus inveffe primuni Authorem Abrahamum fuiffe. De effectibus agendum modò; ad quem nempe finem Deus ritum illum ordinaverit; & maxime, an Originalis criminis expiationi inffitutus fit.

Circumcifionis ritus altius quam à Lege Mofaica repetendus; tradidit enim Deus Abrahamo Patriarchæ, atque apud ipfum deinceps ejufque pofteros etiam ante latam à Deo Legem obtinuit. Hæc autem Deus Abrahamo injunxit [a]: *Hoc eft pactum meum, quod obfervabitis inter me & vos, & semen tuum poft te. Circumcidetur ex vobis omne masculum, ut fit in fignum foederis inter me & vos. Infans octo dierum circumcidetur. . . . eritque pactum meum in carne veftra in fadus æternum. Masculus, cujus præputii caro circumcifa non fuerit, delebitur anima illa de populo fuo, quia pactum meum irritum fecit.* His verbis non obfcure Circumcifionis effectus exprimuntur; invexit enim hunc ritum Deus tanquam in monumentum fui cum Abrahamo foederis.

Foederis initi paffiones plerumque tabulis marmoreis five areis inferibebantur; non femel monumenta publica erecta funt; quò memoria apud pofteros perennaretur; adhibiti testes, quorum afseritione de re tota confaret; nihilque inter pofteros deinde ambigeretur. Nunc autem Deus fo-

deris à fe initi monumentum manere æternum voluit, non tabulis lapideis vel metallo committens, fed corpori illius, quocum foedus fanctum eft, ac toti deinceps ejus pofteritati eorumque mancipijs inferipfit. Ejus autem violati juris reis, nequis unquam talia auderet, exterminium ex univerfo populo fuo folemni protectione minuitur.

Solemne erat apud Orientales, ut fignatibus compuncti totos fe in Naminis altius fingularem clientelam & obfequium confecerent. Mos ille facile ante Abrahami ætatem obtinebat; fortè etiam Abrahami imitatione factum eft, ut in alias gentes reciperetur. Illud fanè apud mortales inffitum femper fuit, ut fuæ erga Numen aliquod religionis indelebilibus expreffa characteribus documenta exhiberent. Ita facris Bacchi initiati cauterio impreffam hederacæ frondis notam præferebant (b); facris characteribus five in corpore, five in pulfibus, five in collo inurebantur, quicumque fe religioni Deæ Syriæ addixiffent (c). Sant, ait Philo de Monarchia, qui ad id ftultitiæ devenerint, ut omnes fibi præclufuri reditus ad Deum, & penitentiam vias, ac totos fe Numinum fupertitioni addicentes, ferviles impietatis notas admittant, cauterio fe in carne fua fignatizantes, quafi id committentes, ne impietatis fuæ memoria ullo unquam tempore deleatur.

Erat itaque Circumcifio indelebile, aliquod fignum, quo totum Abrahami genus divini Numinis obfequio fe pe-

b 3. Macchab. 2. & 2. Macchab. 6. 7. & 14. 33. c Lucian. de Dea Syra.

nitus addixit; infigne erat populi electi peculiarie, quo à cæteris distingueretur; Genitalia circumcidere instituit, & diversitate noscantur, ait Tacitus histor. l. 5, sub init. Fidem suam obstrinxerat Deus, propagandi scilicet Abrahami genus velut stellas Cæli, & arenas maris; commissuram insuper pollicitus, ut in ejus stirpe omnes Tribus terræ benedicerentur. Illud igitur consequbatur, ut genus illud distingueret signo aliquo aperto, omnibusque explorato, quo divinarum promissionum fides illustrius spectaretur. E medio ejusdem populi proditurus erat Messias; quare nunquam gens illa cum cæteris Orbis nationibus admiscenda erat, ne forte Servatoris humani generis origo incerta maneret, & ambigua: Ne soboles dilecti Abrahami cæteris nationibus misceretur, & paulatim familia ejus fieret incerta, gentem Israeliticam quodam circumcissionis cautio annotavit (†).

† Hieron. in Ep. ad Galat. 3.

Itaque de circumcissione sua plurimum gloriabantur Hebræi, apud quos incircumcisi nomen, si quod aliud unquam, invidiosissimum. Probro erat apud illos maximo, si quis in carne sua infigne fœderis cum Domino initi non ostentaret. Summo respiciebant horrore populos incircumcisos, ut quantè invidiæ erat Judæis circumcisio apud Paganos, tanto pariter contemptui incircumcisio Paganorum apud Judæos. Nulla volebant cum ipsis commercia, nulla connubia, nullas pariter computationes, & vix salutatione illos dignabantur (d). Apud ipsos fides obstinata, misericordia in promptu. Sed adversus omnes alios hostile odium; separati epulis, discreti cubilibus. Exaggeratum forte aliquid eâ in re apud Paganos; quippè qui fastui, & odio imputabant, quod tantum ab amore, & studio externæ puritatis repetendum erat. Veriti enim, ne quid contraherent maculæ, à commercio se alienigenarum interdicebant. Ita nonnisi exaggeratione quadam Hebræis imputatur apud Juven. Sat. 14. vers. 104.

Non monstrare vias eadem nisi sacra colenti, Quæstum ad fontem solos deducere verpos.

Præter hanc literalem circumcissionis significationem, qua scilicet investiam illam intelligimus, tanquam Judæorum peculiarie infigne, morales illi effectus aliqui tribuuntur; revocandi nempe memoriam originis suæ ex Parente, qui eximia fidei merito author, & princeps erecti generis, & Pater Messie constitutus est. Ad hæc, Circumcisio Judæos urgebat, ut amulii essent paterna fidei, & crederent in Jesum, qui Abrahamo promissus est (e). Ipse pariter Moyses insinuaverat, externam carnem circumcissionem internæ argumentum fuisse (f); Circumcidet Dominus Deus tuus cor tuum, & cor seminis tui, ut diligas Dominum. Idem apud Prophetas traditum: Omnes gentes habent præputium: omnis autem domus Israel circumcisi sunt corde, ait Jeremias 9. 26. Corporis circumcisio, ait Philo (g), sensualium voluptatum, animam in malum pellicentium,

d Tacit. hist. l. 5. circa initium.

e Ambrosiaster in Rom. 4. f Deut. 10. 6. Levit. 10. 41. Donec erubescat incircumcisa mens eorum. g Philo De circumcissione. Et de Migrat. Abraham.

præcisionem significat, sed omnium maxime blandas voluptates, & opinionones vana noxiasque subducendas, retrahendæque imperat.

Quemadmodum autem institutum à Jesu Christo Baptismatis Sacramentum indelebili quodam caractere spiritum obsignat, quo nos & filii Dei constituimur, & in cœtum adlegimur novorum hominum, à crimine segregati, atque ad jura fœderis cum Jesu Christo initi evocati; ita pariter circumcisio carnis stigmatem quodam corpus inurit, quo Hebræi divino se famulatu mancipatos profitebantur. Segregabantur pariter ab omnibus circum prophantis gentibus, speciali eo ritu Domino consecrati. Porro circumcisio typus erat, Baptismus typi hujus veritas. Illa Judæis ad Religionem Domini fores recludebat, ubi semel admissi, in promissiones Domini atque populi electi hereditatem jure optimo fruebantur. Circumcissione initiati Legis astatum imperio submittebantur (b). Nec cetera per orbem Nationes à publica Judicæ Religionis professione, atque jure promissionibus Domini potiundi excluderentur; eâ tamen conditione, si Circumcissione initiati, Idololatriæ superstitiones ejurent; quare illud identidem oggerabatur recens ad fidem conversis Gentilibus à Judæis (i); Nisi circumcidamini secundum morem Moysi, non potestis salvari.

h Galat. 5. 3. Testificor omni homini circumcidenti se, quoniam debitor est universæ Legi faciendæ. i Act. 15. 1.

Diu post Hebræi circumcissione simul & Baptismo, toto emergentes corpore, illos initiabant, qui inter Profelytos justitiæ nomen daturi venissent. Docebant, tria exigi oportere ab illis, qui in fœdus Domini admitti postulasent; circumcissionem, baptismum, & oblationem sacrificii (k). Nihil tamen eâ de re in Lege expressum; quare traditione tantum, vetustissimâ illâ tamen, disciplinam illam obtinuisse constat. Curandum verò erat in eo baptisinate conferendo, ne aqua tantum initiandus aspergeretur, neve ad collum usque demergeretur tantummodo; sed id pariter committendum, ut ne minima corporis portio relinqueretur illota, aliqui nullus erat baptismus [l]. Semel autem lotos, novo baptisinate sive ipsos, sive eorum posteros, etiam apostasie reos abluerent, nefas.

k Gemar. Babylon ad tit. Jabimoth c. 4. & tit. Ceribot c. 2. Maimon. Halac Isuri Bia, c. 13. &c.

Hujus regenerationis, quæ ex baptismo & circumcissione inducebatur, effectus hi habebantur; juxta Rabbinos. 1. Ejus generis Profelyti, cujuscumque antea fuissent sive gentis sive religionis, Hebræorum jure donabantur. Hinc distinctio apud illos, Hebræi à parentibus Hebræis, & simplicis Hebræi. S. Paulus Hebraum se ex Hebræis & Tribu Benjamin (m) profitetur, quod scilicet à Profelytis, adoptione quadam Hebræis, distingueretur. Judæorum quidem vindicare sibi appellationem fas erat Profelytis; non tamen è genere se Judæorum jactare. 2. Eâ ceremoniâ veluti denuo nascebantur, ut tanquam nati tum primum infantes, & innocenti quodammodo naturâ, nec priores parentes agnoscere amplius, nec sanguinis conjunctione sibi devinctos necessarios habere diutius sustinerent. Neque

l Matmon. Halac. Isuri bia, c. 13. & Halac. Micu aoth c. 1. 2.

m Philipp. 3. 5. Vide & Rom. 11. 1.

que id tantum cum parentibus & necessariis, à Judæorum sacris abhorrentibus, servatum, sed ipsis & parentibus & fratribus & filiis quoque, inter Judæos nomen dantibus, nihil habebant Profelyti commune (n); perinde enim reputabantur, ac è Cælo tum primum delapsi homines. Necessitudinis conjunctione hæredes à successione defuncti Profelyti excluderentur. Edventum à nonnullis, ut credant, priorem etiam animam Profelytum dimittere, ut novam recipiat (o).

n Vide Gemar. Babil. ad tit. Jabimoth, c. 2. Maimon. Halac. Jabom. Vebalza c. 1. & Isuri. Bia c. 14. &c. o Vide Selden. de Jure Nat. & Gent. l. 2. c. 4. p. 163. 164.

p Joan. 3. 3. 4.

Hæc Rabbiorum commenta ne retulisse quidem sustineremus, nisi allusione quadam spectata animadverteremus à Scriptura, sicubi sermo occurrat de Baptismo Christianorum, atque spirituali è sacro lavacro illo regeneratione. Nec abs re pariter suspicamur, Hebræos plura è Libris N. T. eâ de re suffuratos. Huc pertinet illud Jesu Christi ad Nicodemum de regeneratione (p); Nisi quis renatus fuerit denuo, non potest videre Regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus. Quomodo potest homo nasci, cum sit senex? Numquid potest in ventrem matris sua iteratè introire, & renasci? Respondit Jesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu, Sancto non potest introire in Regnum Dei. Tu es magister in Israël, & hæc ignoras? Huc etiam illud 2. Cor. 5. 17. Si qua in Christo nova creatura, vetera transferunt: ecce facta sunt omnia nova. Et ad Galatas 6. 15. In Christo Jesu neque circumcisio aliquid valet, neque præputium, sed nova creatura. Et Ephes. 4. 24. Deponite secundum pristinam conversationem veterem hominem. Induite novum hominem, qui secundum Deum creatus est, in justitia, & sanctitate veritatis. Quicumque in Christo baptizati estis, Christum induistis (*). An ignoratis, quia quicumque baptizati sumus in Christo Jesu, in morte ipsius baptizati sumus (q)? Conspulsi enim sumus cum illo per Baptismum in mortem; ut quomodo Christus surrexit à mortuis; ut quomodo Christus surrexit à mortuis per gloriam Patris, ita & nos in novitate vitæ ambulemus. Ita vos exsultate, mortuos quidem esse peccato, viventes autem Deo. Pro omnibus mortuus est Christus (r), ut & qui vivunt, jam non sibi vivant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Ita nos ex hoc neminem novimus secundum carnem.

* Galat. 3. 27.

q Rom. 6. 3. 11.

r 2. Cor. 5. 15.

Hæc loquendi phrasæ satis cum iis consonant, quibus Judæi circumcissionis & Baptismatis in Profelytis seu veros seu fictos effectus designant: seu fictos, inquam, soli etenim qui Christianorum Baptisinate abluuntur, regeneratione quadam reipsâ innovantur, atque in novos reformati homines novæque creaturas, veterem exuunt hominem, ut Jesu Christo induantur. Circumcisio & Baptismus Profelytorum eorumque effectus, typus erant Baptismi à Jesu Christo instituti. Utrumque enim inter Sacramenta primas tenent: illud Veteris, hoc novæ Legis; sicut enim circumcissione in populo Dei censentur homines; ita pariter Baptismo in Fidelium & Filiorum Dei cœtu cooptantur. Circumcissione, juxta veterum quo-

rundam phrasim (s), veluti lorica quadam adversus nefarii Dæmonis ictus munitebatur Hebræi, sicut & Christiani, juxta S. Basilium (t), Baptismo. Angelus ille, qui Moyse, sive Eliezer è Madian venienti occurrit stricto in necem gladio, filio à Se-phorâ initiato Circumcissione repressus est (u); neque Dæmon adversus Fideles Baptisinate munitis audere quidquam potest, nisi intento in malum Spiritui segnitias & iniquitas Fidelium aditum præbeat, viamque veluti sternat.

s Origen. l. 5. p. 253. contra Celsum. Vide & Chald. Interpret. in Cant. 3. 8. 9. t Basil. Exhort. ad Baptismum. u Exod. 4. 24.

Rite collatum Baptismum iterum repetere nefas; nefas pariter & Circumcisionem; quamvis extra Judaismum secti, ut apud Samaritanos, Arabes, Ægyptios, Æthiopes, ad Judæorum sacra transeuntes novæ circumcissioni subderentur; nullam enim ritè dari circumcissionem autumabant Hebræi, nisi Judaicam, qua scilicet initiati in jus promissionum & fœderis Domini admitterentur. Quicumque igitur apud alios circumcisus ad Judæorum sacra transisset, portio reliquæ cuticulæ iis præcedebatur; sive cruoris aliqua guttâ è priori circumcissionis cicatrice educâ, novâ initiati circumcissione habiti sunt (x). Ita in Ecclesia quoque receptum est, ut novo abluantur Baptisinate quicumque alio quàm SS. Trinitatis nomine, vel deficiente alio maximi momenti ritu, abluti fuerint.

x Gemar. Babil. ad tit. Jabimoth, c. 4. Maimon. & Mikotzi, &c. Epphan. l. de ponderibus & mensuris. y Vide Maimonid. Halab Millâ.

Mira de circumcissione suâ prædicant Judæi; in ea enim, qua Profelytum recens ablutum prosequuntur, oratione precantur [y]; Benedicis sis Rex Mundi, qui nos sanctificasti præceptis tuis, qui nos justissimi Profelytos circumcidere, atque ex illis educere sanguinem fœderis; sine cruore enim fœderis Calum & terra non firmarentur, juxta verbum tuum (*). Si pactum meum inter diem & noctem, & leges Cælo & terra non posui. Quibus verbis satis demonstrant, omnia à se, conditum nempe, & conservationem universi, circumcissionis observantiæ accepto referri. Defendunt alii, Patres suos in Ægypto è gladio Angeli exterminatoris subducos, non Agni tantum Paschalis pervigilio ejus diei immolati virtute, sed etiam cruore circumcissionis omnium, quotquot ex Hebræis nati fuerant, liberorum, quorum sanguis eadem ac sanguis Agni die, si fides Judæis, effusus est. Sed circumcisi vespere Judæi, quomodo eadem nocte iter intrare potuissent?

* Jerem. 33. 25.

z Genes. 17. 14.

Circumcisionem capitali lege præceptam credunt; nec Deus quidem mitius agendum præcipit cum iis, qui octavâ die circumcissione non initiarentur (z). Sicut autem morti obnoxios censent incircumcisos, ita vitæ fontem credunt circumcissionem; quare ritum illum administrantes factis illis vocibus applaudunt: Bene, bene, bene: Vive in sanguine tuo, vive; (a) Suspiciatur quin etiam Maimonides, Deum ipso mortis articulo extinguere animas eorum, qui dum viverent sacramentum illud neglexerant; belluino proinde more spiritum illum efflare. Blandiuntur sibi pariter ex Hebræis quidam (b), cruore circumcissionis penitus satisfactum criminibus sicuti & in abscissione præputii abo-

a Ezechiel. 16. 6. b Vide Maimon Synagog. Jud. l. 16. p. 250. Leo Moden. Theol. Jud. c. 16. p. 562.